

Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum,
quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in
tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Vacatione, Amissione, Et Extinctione Beneficiarvm ...

Leuren, Peter

Coloniæ Agrippinæ, 1704

425. An, si fructus amnes reservati fuerint cum clausula; vel si maluerit
pesionem annuam: & Reservatarius peraliquot annos perceperit
pensionem, possit dein variare, & deinceps exigere fructus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74494](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74494)

casu, sive dum resignanti reservantur solidè omnes
fructus; cum regula illa loquatur de titulo. Paris.
n. 44. ex Mandos.

Respondeo ad tertium: Dum reservati sunt
fructus una cum denominazione, videtur in eo
non habere locum regula de publicando, quia ta-
lis resignans in effectu viderit remanere beneficia-
tus post resignationem sicut antea, & effectus at-
tendit debet. Paris. n. 45. ex Sarn. ad reg. de publico
quamvis n. 46. subjugat Paris. hodiecum ex Con-
stitutione Gregor. XIII. locum etiam in tali casu
habere dictam regulam.

Questio 422. An in reservatione omnium
fructuum necesse sit fieri mentionem pen-
sionis jam imposta beneficio resignato?

Respondeo negativè; Sed absque dicta mentio-
ne facta valida erit dicta reservatio omnium
fructuum, Paris. cit. q. 1. n. 26. sic testans conclu-
sum in Rota. Et que hoc ipsum singulare omnino,
ut pote cuius contrarium est in reservatione
pensionis, dum ea constituta super fructibus be-
neficii jam illa pensione gravata non valet; quia
non presumitur Papa voluisse gravare Ecclesiam,
seu ejus fructus duplice onere, quod ipsum cessat
in reservatione omnium fructuum; cum constet;
eo ipso gravari Ecclesiam de omnibus fructibus,
ad eoque ubi beneficium jam gravatum esset pen-
sione aliquā, eā solutā, reliquos fructus deberi re-
servatario. Paris. à n. 27. Hortari nihilominus
Mandosum de sign. grat. tit. fruct. reservat. col. 4.
ut apponatur mentio antiquæ pensionis; quia &
testari eundem, decimū à Rota, quid non valeat fa-
culta transferendi illos fructus vel partem, non fa-
ctā priùs mentione pensionis primo loco imposta
tali beneficio ait Paris. n. 30.

Questio 423. An in istiusmodi reservatione
omnium fructuum requiratur expressus
consensus resignatarii?

Respondeo affirmativè. Azor loc. cit. Paris.
cit. q. 1. n. 22. citans Campeg. tr. de reservat.
omnium fruct. n. 2. Siquidem is, qui titulum bene-
ficii habet, onus finē ullo fructu & emolumento
subire & sustinere non cogitur; sed qui altari ser-
vit, etiam de altari vivit; ad eoque reservatio
omnis emolumenti, seu omnium fructuum fieri
non debet eo renitente, sed consentiente: in quo
casu jam scienti & volenti gratis inservire Eccle-
sia, & propriis impensis militare, non fiet injuria,
nec in hoc ab ullo prohibebitur; idque prae-
cipue, dum ei, qui aliunde haberet unde vivat, re-
signatur, seu datur beneficium reservatis omnibus
fructibus alteri. AA. iudicem.

Questio 424. An reservatarius posset
fructus omnes reservatos capere propriā
auctoritate?

Respondeo: Si, dum reservantur omnes fru-
ctus, apposita est clausula apponi solita per si-
guatram perciplendi fructus propriā auctoritatē,
potest dictos fructus propriā auctoritatē percipie-
re. Siquidem per hanc clausulam significarur con-
cessa resignanti beneficium reservatis omnibus
fructibus facultas capiendi & percipiendi fructus
illos per seipsum, & absque aliquid licentia vel
consensu, ac si adhuc beneficium resignatum re-
sponsum.

P. Leuren, Fori Benef. Tom. III.

tineret; tametsi tunc non dicatur eos capere ut
possessor beneficii, sed veluti is, cui beneficium
ejusque bona sint obligata, & tanquam is, qui à
re fibi addista, & servitatem debente eam exigit.
Azor p. 2. l. 7. c. 21. q. 1. §. verum si. Paris. cit. q. 1.
n. 15. & 16. citans Mandos. ad reg. de ann. q. 30.
Unde etiam talis resignans seu reservatarius potest
remanere in possessione (intellige perciplendi
auctoritatē propriā fructus) ac si non resignasset,
ut pote quam non amittit. Paris. n. 17. & 18. citans
Card. Paris. conf. 39. n. 7. vol. 4. Mand. tr. de sign.
grat. tit. fruct. reserv. col. ult. & Rotam in Paderana
5. Febr. 1546. Quid si vero clausula hujusmodi
apposita non est, debet fructus perciplere de manu
resignatarii, sive perciplere illos jure non potest
sine confessu resignatarii. Azor loc. cit. Paris. n. 21.
citantes Rebuff. in pr. tit. de reservat. tam general.
quam special. n. 13.

Questio 425. An si fructus omnes reser-
vati fuerint cum clausula: Vel si malue-
rit pensionem annuam, v.g. centum du-
catorum: & reservatarius per aliquot an-
nos percepit pensionem, possit dein varia-
re, & pro sequentibus annis exigere fructus?

Respondeo negativè. Paris. cit. q. 1. n. 31. citans
Rotam in Cordubensi. dividia portionis. II. Ian.
1547. & 9. Martii. 1548. ed quid variatio maxime
prohibetur clericis. Clem. unic. de renunc.

Questio 426. Quid sit circa reservationem
mediatis fructum?

Respondeo primò: Tametsi resignanti re-
servari non soleant omnes fructus, nisi sic
Cardinalis, solet ramen ei concedi reservatio
media pars fructuum loco pensionis annua. Paris.
cit. q. 1. n. 47. citans Rebuff. in pr. loc. cit. nu. 15.
Mand. de sign. grat. loc. cit. col. 1. Boér. Staph.

Respondeo secundò: Est & dicitur hac re-
servatio mediatis fructuum iusta, si beneficiatus
ex altera mediatis potest commodè vivere, &
onera beneficii portare. Paris. n. 55. citans Rebuff.
ubi ante n. 19.

Respondeo tertio: Non datur in hoc casu
clausula, dictam mediatem fructuum perciplien-
ti auctoritatē propriā, ad eoque fructus illos debet
relevatarius perciplere de manibus titularis. Paris.
n. 53. & 54. ex Rebuff. loc. cit. n. 18.

Questio 427. Dum in supplicatione est clau-
sula: cujus fructus 24. ducatorum sum-
mam non excedunt (uti ex stylo Curiae
non exprimitur major valor Canonica-
tuum, et sepe reserventur pensiones longe
majoris valoris, v. g. 300. vel 400. ducato-
rum) interim autem à parte rei fructus
beneficii excedant 24. ducatos, confiantque
v. g. 400. an inquam in hoc casu, dum re-
signans reservavisi sibi mediatem fru-
ctuum, is habere debeat 12. ducatos, an 200.?

Respondeo, debet eum habere 200. quia hac
est mediata veri valoris, & mens Papæ est
reservare mediatem fructuum, & non valorem
mediatis fructuum. Paris. cit. q. 1. n. 51. citans
Mand. I. ult. cit. col. 3. & Rotam in Calaguris. medie-
tatis fructuum de genfe Nov. 1537.